

Universitätsbibliothek Wuppertal

Orphei Lithica

Orpheus

Berolini, 1881

Damigeron De lapidibus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5190](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5190)

DAMIGERON DE LAPIDIBUS.

THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON
FROM THE FIRST SETTLEMENT
TO THE PRESENT TIME
BY
JOHN H. COLEMAN
OF THE CITY OF BOSTON
IN TWO VOLUMES
VOL. I.
BOSTON: PUBLISHED BY
J. B. LEECH, 15 N. BOSTON ST.
1845.

Liber Damigeronis de Lapidibus ab Ioanne Baptista Pitra, viro clarissimo et de hoc auctore immortaliter merito, in Spicilegii Solesmensis volumine tertio (Parisiis 1855. p. 324 sqq.) ex unico codice Parisino nr. 7418 membranaceo saeculi quarti decimi (fol. 116 a—123 b) primum editus est, sed parum accurate, ut Pitra ipse his verbis confitetur: »Omnia tamen omnino describere piguit aliquando, aliquando puduit; pauca vero non tam missa, quam euphemismis commutata fecimus, quae pudicis auribus ingratiore accidissent: Utcumque ferent ea fata minores, verbis enim utimur et exemplis cl. A. Maii saepe similia tractantis.« — Parisini codicis integram collationem notis inserui, cum ex eo fere solo opusculum nostrum pendeat. Lectiones, quibus sic adscripsi in Pitrae editione typothetarum puto errore minus accurate indicatae sunt; *C* littera notavi codicis lectiones a Pitra quoque commemoratas, *c* autem littera eas, quas Pitra tacite mutaverat; *p* editionis a Pitra curatae textum significat. Nonnulla ex nostro libello excerpta leguntur margini codicis Parisini nr. 8454 Marbodi lapidarium continentis addita, unde maximam partem a Pitra descripta et edita sunt. Similia excerpta in margine codicis Haeneliani extare testis est Val. Rose in Herma IX p. 472. Praeter haec excerpta ad corruptissimum opusculum corrigendum usus sum lapidario Marbodi Redonensis a me diligentius, quam antehac factum est, excusso, fragmentis Damigeronis graeci a me primum vulgatis, et Pseudo-Dioscoride, quorum auctorum cum nostro opusculo necessitas statim fusius illustrabitur. Maximum autem egregiarum emendationum numerum amici in talibus

scriptoribus versatissimi, Michaelis Ringii praeclaro acumini et summae erga me benevolentiae me debere grato animo libens profiteor.

De aetate huius Damigeronis opusculi duplex est sententia. Pitra, qui Tertulliano¹⁾ et Arnobio²⁾ in comparationem vocatis sagaciter vidit Amigeronis, ut in Parisino codice inscribitur, libellum Damigeroni mago adscribendum esse, hoc de viribus lapidum opus iam a Plinio lectitatum fuisse inde collegit, quod non solum, quae apud Plinium de magicis gemmarum virtutibus legantur, cum iis, quae a Damigero dicta sunt, consentiant, verum etiam in physica gemmarum descriptione nonnulla apud Plinium et Damigeronem inveniuntur ad verbum paene congruentia. Quare eos Damigeronis locos,³⁾ quos ex Plinio haustos esse, non a Plinio imitando expressos esse nullo modo negari possit, postea demum ab interpolatore Damigeroni additos esse credidit.

Contra Valentinus Rose, qui de hoc opusculo eruditissimam dissertationem edidit in Herma (a. 1875. vol. IX p. 471 — 491) noluit latinitatem ita barbaram scriptori primi post Christum natum saeculi attribueret. Qua de causa, cum vel propter nimis conspicua Graeci textus vestigia (intimi etc.) intacta relictis verisimile non sit Damigeronis opusculum, quale

1) Tertullianus de anima 57. »Auctrix opinionum istarum magia sonat Hostanes et Typhon et Dardanus et Damigeron et Nectabis et Berenice.«

2) Arnobius adv. nat. lib. I 18: »Age nunc veniat, quaeso per igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur auctori, Bactrianus; et ille conveniat cuius Ctesias res gestas Historiarum exponit in primo, Armenius, Zostriani nepos et familiaris Pamphilus Cyri, Appollonius, Damigero et Dardanus, Velus, Iulianus et Baebulus, et si quis est qui principatum et nomen fertur in talibus habuisse praestigiis.«

3) Cfr. cap. III »in Philippico auro« ex Plin. 37, 57. cap. XIX »in ventriculis gallinaceorum« ex Plin. 37, 144 et praesertim quae in cap. XXII de Lucania leguntur ex Plin. 37, 182. Alia dabit Rose l. l. p. 472 — 473 et Pitra passim in notis.

nunc habemus, nihil nisi compendium esse labentis iam latinitatis tempore factum ex opusculo primi p. Chr. n. saeculi, latinum Damigeronem eodem fere, quo eiusdem monetae librum, Pseudo-Apuleium, id est quinto saeculo scriptum esse putavit ab homine latino, qui graecum Damigeronis libellum a se traductum ex Plinio passim auxerit et praefixa Evacis ad Tiberium epistula in talem formam redegerit, qualem a Graeco auctore excogitatam esse verisimilitudine omnino careat. Graecus autem Damigeron, qui simillimus erat Zoroastri a Plinio saepius laudato, Rosio iam secundo p. Chr. n. saeculo extitisse videtur, quo tempore et a Tertulliano (l. l.) et ab Apuleio (apol. 90. p. 100, 16 ed. Krüger) qui apol. 45, pag. 56, 1 de gagate lapide nonnulla laudat etiam a Damigerone nostro commemorata, citetur, quod, nisi eo tempore liber quidam Damigeronis nomen prae se ferens extiterit fieri potuisse aegre, ut credamus, inducamur. Hoc autem graeco Damigerone usi sunt: Pseudo-Orpheus, qui eum versibus elegantissimis satis accurate expressit; Aëtius sexti p. Chr. n. saeculi medicus, qui quod in excerptis de lapidibus cum Damigerone Latino quam maxime consentientibus Demosthenem et Diogenem pro Damigerone auctores laudat, fortasse scribarum tantum errore factum est, ut Rose suspicatur; Mich. Psellus in libro *περὶ λίθων δυνάμεων*, alique auctores graeci minus etiam noti, quos in notis ad Damigeronem recensebo. *Δαμογέρων* autem ille et ipse alioquin ignotus, qui in Geoponicis saepissime citatur, praeter nomen nihil cum nostro commune habet. Inter Latinos auctores et apud Plinium, et apud Solinum et Isidorum nonnulla inveniuntur, quae cum illis, quae a Damigerone narrantur, simillima sint, ex Damigerone graeco hausta esse Rosio videntur; quae tamen cum ad nostrum opusculum emendandum nullius fere momenti sint, neque ex alio similis argumenti libello, non ex ipso Damigerone transscripta esse non possint, malui omittere, ne haec editio nimis cresceret. Quorum interest, ea in Pitrae editione et apud Rosium l. l. p. 480 invenient.

Damigerone latino, qualem nunc habemus, primus, ut videtur, usus est Marbodus Redonensis episcopus (obiit a. 1123) cuius de lapidibus poema, in quo quae de gemmarum virtutibus dicta sunt ex solo fere Damigerone hausta sunt, per totum medium aevum maxima auctoritate fruebatur.

Praeterea in libro nono Speculi Naturalis a Vincentio Bellovacensi (obiit a. 1264) ex plurimis auctoribus congesti multa Dyascoridis cuiusdam prorsus ignoti de lapidibus leguntur, quae quin magnam partem ex Damigerone latino hausta sint, nemo dubitabit, qui quae cum Damigerone ad verbum paene consentientia in notis ex eo attuli paullo diligentius inspexerit. Ex eodem Dyascoride iam ante Vincen-
tium brevissima excerpta Arnoldus Saxo circa annum 1220 in octavo operis »De virtute universali« capite attulit, quae tamen omnia ut brevissima et nihil ad emendandum vel illustrandum Damigeronem exhibentia notis inserere nolui; accuratius in eorum fontes inquisivit Val. Rose l. l. p. 481. Denique Rabano Mauro et Iano Parrhasio quoque Damigeronis opusculum innotuisse Pitra affirmat pag. 324 et p. LIX, ubi tamen non nisi Parrhasii testimonium affertur ex Thes. Crit. I. p. 740, quod opus videre mihi nondum contigit. De Rabano autem nullum omnino argumentum Pitra protulisse videtur.

Incipit liber Damigeronis peritissimi de
lapidibus. Item epistola.

Desideranti tibi scribi mysteria omnium lapidum, quanta
generi humano sua sapientia prodesse videantur, denegatum
tibi non fuit. Tu itaque custodies summa diligentia mysterium 5
summi altissimi dei. Hoc enim mysterium ceteris Aegyptiis
litteratis, nec allophylis non tradideris, aliive cuiquam, ne ad
sterilitatem huius scientiae deveniat Aegyptus, et ne eadem
per aliquem incendio concremata conflagraretur, et nec im-
missis talibus in Aegyptum perseveros omnibus efficiat Aegy- 10
ptiis dominantes. Hic aliis traditus non est, nec alii eum in

1 amigeronis *C*; Item epistola *om. p.*, qui etiam priorem epistolam,
(altera ab Evax Arabiae rex incipit) totam omisit. Quae epistolae
cum in nulla Marbodi editione, quae mihi ad manus sunt, reperiuntur, in
iis recensendis usus sum praeter laudatum codicem Parisinum (meum *c*)
quem ubicumque potui secutus sum, codice Musei Nationalis Hungarici
58 membr. saec. XIII (meo *m*). — 3 scribere *c*, scribi a me *m*; mysteria *c*,
misteria *m*; omnium de lapidibus quam gen. *c*; — 4 sua *om. m*; sa-
pienti eam *m*; videant *c*; unde post vid. add. *c*; negandus *m*; —
5 utique *m*; custodi *m*, an custodias scribendum?; — cust. sensum
ea diligentius *c*; misterium *m*; — 6 altissimique *m*; misterium *cm*, cor-
rexerit; — egyptus *c*, egiptiis *m*. — 7 licteratis *c*; neque *m*; non *om. m*;
7. 8 trad. umquam scilicet nec sterilitatem. egyptus deveniat *c*. — 8 egi-
ptus *m*; — 8. 9 et nec in eadem pro vero aut incendium concr. confl.
c; incendio concremata *m* ante corr., ordinem verborum immutavit *m*.
pr.; conflagratur *m*; et nec] aut *m*, fort. recte. — 9. 10 imm. in
egyptum regibus severos *m*. — 10 talibus ego, ut sit de Evacis doc-
trina dictum, telibus *c*, regibus *m*; in egypto *c*. perseveros ego, per-
severans *c*, severos *m*; efficiat onis *m*, omnibus effigya *c*. — 10 11 egi-
ptios *c*, egiptiis *m*; — 11 hoc *c*, hic enim al. *m*; nec aliis *c*; eum *om. m*.

sua potestate habuerunt per tuamque custodiam habeant. Iuro tibi per summum parentem deum, quod meliorem librum Aegyptus huius non habet; cuius iurationis testis est summus deus. Mittam enim tibi bonum solis nomen, per quod bonum genus nascatur. Igitur perpetualiter custodiatur a vobis; 5 praestat enim multum in omnibus actionibus per singulas ierarchias, quas Graeci vocant, omnium lapidum.

Evax Arabiae rex Tiberio Imperatori salutem.

Magnifica dona tua accepi per centurionem Lucinium Frontonem, quae dignatus es mittere ad me. Nam et ego tibi in- 10 vicem misi quodcumque per terram de omnibus lapidibus remedium.

Incipit de lapidibus et eorum generibus.

Lapides ad septem signa pertinent; subditi etiam et septem lapides, quos ad curam homines in phylacteriis habere 15 deberent; sunt enim sani et potentes. Lapis primus, qui dicitur chrysolithus, leonis. Lapis secundus, qui dicitur astroselinus, cancri. Lapis tertius, qui dicitur haematites, arietis. Lapis quartus, qui dicitur ceraunius, sagittarii. Lapis quintus, qui dicitur demos, tauri. Lapis sextus, qui dicitur ara- 20

1 detineant *m*, non habuerunt *c*; perpetuaque custodia *m*; — 2 iuro autem tibi *m*; p. s. deum patrem *m*; quia *m*; huius *om. m*; — 3 egyptus *c*, egiptus *m*; — 4 enim] ergo *m*; quod] quam *c*; bonum *om. m*. — 5 nascatur ego, nascuntur *c*, noscetur *m*; perpetua ea tclitur custod. *c*; in nobis *m*; — 6 prestat *c*; — 6. 7 per singula ieratica quas *c*, terarchias *m*; — 8 rex Arabiae *m*; tyberio *m*; ceturionem *c*; lucentum *c*; frotonem *c*; front. nomine quem d., *m*, fort. recte; nam *om. m*. — 11 nisi *c*; quode. carius per terram in orientis partibus de omnibus lapidibus remedium nomen crescit. *m*. — vv. 13 — p. 162, 4 utpote interpolatos minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 14 lapidem *p*, errore; — pertinentes *c*; — 15 qui *c*; homines *c*, hominis *p*; in *om. c*; philacteriis *c*. — 16 debent *p*; — 17 chrysolitus *c*; — 17. 18 asroselinus cancris *c*; — 18 tercius *c*; — 18 haematites scripsi, ematintis *c*, aemathites *p*; — 19 Keraunius *cp*, sed cfr. p. 173, 8, 9, 15. — 20 demos] »ignotus plane« nota Pitrae.

bicus, virginis. Lapis septimus, qui dicitur ostracitis, capricornii. Hi quaerendi tibi erunt, ut habeas per omne tempus vitae tuae in custodiam divinam, et sanus eris et securus semper.

Incipiunt indicia valitudinis de lapidibus et eorum virtutibus Damigeronis doctissimi.

I. Lapis Aëtites.

Aëtites vero lapis maximum naturae tutamentum; donavit deus hunc primum lapidem hominibus munimentum gratia salutis. Quemque aquila apportans eum in nidum suum ab extremis partibus orbis terrarum custodiendorum ovorum suorum causa Aëtites est lapis colore pumiceo, visu asperimo; et habet infra se alterum lapidem, veluti praegnans. Utilis est mulieribus praegnantibus: circumligatus enim brachio sinistro non permittit feminam aborsum

1 ostracitis scripsi ex Plin. 37, 155, ostracitis *c p.* — 1.2 capricorni *c.* — 2 his *c;* — 3 in *om. p;* — 5.6 titulum, in quo amigeronis habet *C,* in notas relegavit Pitra; — 7 ethiten *c;* — 8 ethiten *C;* lapis non lapidem quod Pitra ex eo profert, *C.* — 10 queque *c.* — 11 ob horum suorum *C;* — 11 in *c* nulla lacunae signa; [traducit] (sic) supplevit *p;* — ethiten *c;* pumiceo *c;* — 13 asperimo *c;* infra *c,* probante Ringio, cum infra et intra in vulgari lingua idem significaverint; intra *p.* Ad haec et sequentia cfr. quae Val. Rose in Herma IX p. 481 - 482 citavit ex Aetio II 32: 'Εκ τοῦ περὶ λίθων Δημοσθένους [Hoc lemma addidit Rose ex codd.]. Λίθος αετίτης. ὁ ἐν τῷ κινεῖσθαι ἤχον ἀποτελῶν, ὡς ἐτέρου ἐγκύμων λίθου ὑπάρχων. κατόχιον ἐμβρύων ἐστὶν ὅταν ὀλισθηραὶ ὥσαν αἱ μῆτραι περιεπτόμενος βραχίονι ἀριστερῷ. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς ἀποτέξεως ἄρας ἐκ τοῦ βραχίονος, περιάπτε τῷ μηρῷ, καὶ ἐκτὸς ὁδυνῶν τέσσεται. ἔστι δὲ καὶ κλεπτέλεγχον, εἰ ἐπιθεῖται τις αὐτὸν εἰς τὸν προφερόμενον ἄρτον. ὁ γὰρ κλέψας οὐκ ἂν δυνήσκει καταπιεῖν τὰ μασηθέντα. φασὶ δὲ ὅτι καὶ συνεφεούμενος ὁ αετίτης τοῖς ἐδέσμασι κλεπτέλεγχον γίνεταί. οὐ γὰρ δυνήσεται ὁ κλέψας καταπιεῖν τὰ σὺν αὐτῷ ἐψόμενα. λειωνθεὶς δὲ καὶ ἀναλαμβάνόμενος κηρωτῇ σκεδασθεῖσθαι διὰ κυπρίνου ἐλαίου ἢ γλευκίνου ἢ τινος ἐτέρου τῶν θερμαίνοντων ὀνύσσει μεγάλως τοὺς ἀρθριτικοὺς καὶ παραλυτικούς. — 15 brachio *c;* — abortum *p,* aborsum *c,* quod retinui, cum eodem vocabulo usus sit auctor libri de natura rerum [Thomas Brabantinus] ubi de eodem aetite lapide Marbodum secutus disserit (ap. Vincent. Bellov. l.1. cap. LXXII): »Efficacissime praegnantem iuvat: ne aborsum faciant vel in partu graviter laborent, in levo lacerto portari vult.«

facere. Est autem idem ad velocitatem partus aptissimus. Nam periclitante muliere introductus et tritus et super lum-
 baginem eius positus, continuo partu liberabitur. Praeterea
 conservabit gerentem se, sobrium enim efficiet atque omnia
 superantem; rebus familiaribus augebit, et opinionem bonam ⁵
 diffamabit, et gratiosissimus erit. Qui hunc lapidem gerit,
 erit introitu facillimus omnibus, deo et hominibus. Amplius
 infantes puellasque conservat. Iste lapis a Castore et Pol-
 luce Lymphaticisque et terroribus nefandis efficit,
 ut nec visum somnientur, nec frequenter cadant. Si quem ¹⁰
 suspicaveris esse venenarium in domo tua, mitte hunc lapi-
 dem in pulmentario, et invita suspectum ad cenam; tunc si
 talis fuerit ille, nihil manducabit, et si ausus fuerit devorare,
 non poterit: tantam potentiam habet iste lapis. Quem si
 sustuleris ex pulmentario, incipiet ille maleficus manducare ¹⁵
 et iocundare. Iras quoque potentium summe delinit gestatus.
 Hic lapis est genus tutamenti; hoc medicamentoque utitur
 aquila, ne quae fraus attingat. Hunc enim lapidem a perenni
 flumine aquila apposuit corporibus sui nidi, ne violentur ab
 aliqua volucre; nam qui progeniem conservaret, munitorem ²⁰
 instituit. Qui hunc lapidem gerit, omnes gentes inviolatus
 evadit, et adversarios suos male mulctatos exsuperat.

2 pro introductus, quod sensu apto hic caret, aliud vocabulum re-
 ponendum esse videtur, quod graecum ἀρας ἐκ τοῦ βραχίονος exprimat,
 v. gr. deductus. — 3 partus C; — 5 oppinionem c; — 6 diffamavit c; —
 7 introitum C; — 8 lacunam, cuius nullum in C vestigium, [inventus est]
 verbis explevit p, collato Marbodo: »Quem gemini Pollux Castorque tu-
 lisse feruntur«, vix recte; — 9 limph. c; — 11 mitte c; — 12 coe-
 nam p; — 16 iucundare p; — 19 generis tutamentum Ring, collato
 v. 20 »nam qui progeniem conservaret«, genus tutamenti C, egenis tu-
 tamentum coni. Pitra, qui totum locum depravatum esse iudicat, cum
 sequentia inde a ne quae usque ad aquila (v. 20) in codicis margine
 scripta sint. — medicamentoque c (non medicamento quod, ut Pitra
 affert), que om. p. — 18 perhenni c; — 19 aliqua C; posuit c; nisi ante sui
 deletum est in c. — 20 nam qui] utque p; — 22 mulctatus (sic) c. Ex
 nostro quoque hausit Arnoldus Saxo »in lapidario« cap. 30 (ed. Rose):
 »Eliotropia gemma est viridis. similis est smaragdo, cum sanguineis guttis.
 hunc mittit Ethiopia et Cyprus et India [Lege: Libya ex Damig. et Plin.]

II. Lapis Heliotropius.

Heliotropius lapis nascitur in Aethiopia et Cypro et Libya. Est autem colore smaragdino, sanguinis habens venas. Appellatur autem Heliotropius eo quod vertit solem. Missus enim in pelvem argenteam aqua plenam et positam contra 5 solem, vertit eum et facit quasi sanguineum et obscurum. Consecratus enim videbis divinam potentiam. Continuo enim pelvis incipiet aquam confundere, turbidus ut aer cum tonitruis et fulgoribus et pluviis et procellis, adeo ut etiam imperiti potentia lapidum terreantur et conturbentur: tantas 10 vires et divinitates lapis iste habet. Praeterea vaticinatur et praenuntiat futura per fluvios perennes et vocaliter per carmina. Ad salutem conservat quoque vivendi facultatem et corpus incolume, et bonam existimationem praebet gestantibus et omnem veneni ablationem; et universi generis terriculas 15 amovet. Nam qui hunc lapidem gerit, numquam decipitur, tanta est huius lapidis gratia a deo concessa hominibus. Hic lapis Heliotropius vertit solem inviolato numine. Igitur ut iste lapis imbres evocat et caetera

hic lapis in aquam positus eandem que in vase est aquam cum radiis solis opponitur, ebullire facit et resolvit in nebulam, que post paululum imbrem inducit. hic reddit hominem bone fame, et vaticinari quedam et incolumem et longe vite. contra fluxum sanguinis valet et venena si ungatur [lege iungatur ex Marb. et Vinc. Bellov.] cum herba eiusdem nominis, in fallendo visum hominis homo se videri prohibet.

1 eliotropio (sic) c; — 2 eliotropio c; — 3 libia c; — 4 Heliotropius scripsi, eliotropium c, Heliotropium p; — 5 posita c; — 7 »consecrato forte. Sed frequens in hac scriptiuncula nominativus absolutus. Pitra. — enim] an autem?; — 8 esse p, et c, ut ego ex Marb.: »Denique post modicum vas ebullire videbis, ... ut fit cum nimbo distillat turbidus aër« — 10 imperita potentiam (sic) c, »forte: qui imperant aut aliud similes Pitra. — 11 vaticinantur c; — 12 praenuntiant c, praenuntiat p, correxi; — 13 quoque] cuicumque p; — 14 incolumem c; incolumen coni. Ring; — 15 ablacionem c; — 16 ammovet c; — 18 eliotropius c; inviolato numine ego scripsi dubitanter, inviolata (ex involvata) nomina c, involuta nubila p. — 19 ut] et p. Retinui ut et in fine lacunae signa posui. Reliquam huius capituli partem trans-

III. Lapis Adamas.

Adamas autem lapis durissimus ferro; et optimus nascitur in India, secundus post hunc in Arabia, ceteri in Cypro. Praeterea in Philippico auro inveniuntur similes, omnes tamen et colore et magnitudine propemodum pares. Apti sunt vero 5 ad omnem magicam actionem, et vires easdem habent. Sed a quibusdam lapis iste dicitur Anactites, quod cogat et perficiat omnia, in quibus eum desiderabis. Hunc lapidem adeptus include in cote argentea, et consecratum porta, et invictum te praestabit et indomitum adversus inimicos et hostes 10 et maleficos et ab omnibus superbis hominibus, quia efficeris universis formidolosus. Repellit autem omnem metum et visiones incertorum somniorum et simulacra umbrarum et venena et lites. Conficies itaque armillam ex auro, argento et ferro et aeramento; tortilem fac, et gere circa sinistrum 15 brachium, quia in hunc enim lapidem magnum est a deo auxilium.

scribere noluisse, et hoc per et caetera significavisse libarium, putaverunt Rose l. l. p. 472, et Pitra, cuius haec est nota: »Cautè suppressa videntur, quae Plinius et Isidorus una et acerrima censura proscindunt: Magorum impudentia vel manifestissimum in hac quoque exemplum est, quoniam admixta herba Heliotropio, quibusdam additis praecantationibus, gerentem conspici negent. Vid. l. l. [N. H. XXXVII, 60, 165.] Arnoldi Lapidarius apud Vincent. Bellov. lacunam forte implevit. Porro si iungatur cum herba eiusdem nominis, valet in fallendo visum hominis, dum hoc modo se videri prohibet homo. lib. IX c. 67.« Sed Arnoldus sua ex Marbodo sumpsit.

1 adamans *C*; — 2 adamans *c*; — 3 caeteri *p*; — 5 propemodum modum *c*; — 7 anathitis *c*, ananchitis *p* ex Plinio XXXVII, 15, 61, sed ibi ananciten habent optimi codd., et idem editum est ab Iahnio. Ego anactites scripsi ex Orpheo, cui *ἀνακτίτης* audit hic lapis; anactitis autem facile in anathites depravari potuit, ut auctor in author, similia. — 8 adeptus *c*; — 9 portas *c*; — 11 quia] *q̃* *c*; efficeris *c*; — 14 armilla *c*; — 15 tortile *c*; — 16 quia om. *p*.

IV. Lapis Memnonius.

Memnonius vero lapis maximum actum et valentissimum habet; venena parata et morbos et languores et tumores et inimicitias, haec omnia expellit. Fidelem, verum, et firmum et eloquentem et modestum et grata facie circa omnes efficit gerentem, insuper invictum in omni re et in omni certamine. Et ne mireris, quod tantas res eum tibi scribo habere: laudant eum multi reges: experti sunt eum adversus hostes et ad validas pugnas. Viri enim fortes et gladiatores in arena, 5 et athletae habentes victoriam gratam sunt secuti. Sed vero 10 multi apud iudices usi sunt capitales causas habentes: tantam efficaciam iste lapis habet in magnum munimen vincendi semper. Hunc autem lapidem usus omnia superabis, quae dico et omnes iras effugies et naufragio facto enatabis et contemnes Neptunum maris. Verum etiam multi homines 15 victoriae causa gerentes eum, obtinuerunt. Valentiores Syri.

V. Lapis Diadochos.

Diadochos lapis similis est beryllo: utilissimus est divinationibus per aquam et adductionibus umbrarum, tamquam non alius lapis. Praeterea et effigies daemonum diligenter 20 ostendit; ad mortuum ne adhibeas eum, resistit enim defunctis. Nam desursum est et sanctus iste lapis, et sanctificatus perpetua consecratione.

1 memnonio C; — 2 memnonio C. — 5 grata] ingressa C; — 7. 8 laudans c; — 9 pugnas c; — 10 eum ante athl add p; inde a victoriam usque ad habentes in marg. habet c; sequuti p, secuti c, an assecuti scripsit? — 11 eo ante iudices add. p; — 12 in magnum remunus (sic) C, ut magnum [sit] munimen p; — 14 effugat c; contempnis c; maïs C, in aquis p. — 16 Syri scripsi, syros c, [sunt apud] Syros p. — 17 et 18 dyadochon c, diadochon p, diadochos ego ex Plinio 37, 157 et Marbodo. — 18 berillo c; — 20 daemonum ego ex Marb.: »Daemonis effigies varias ostendere fertur«, hominum c p. — 21 id (sic) mortuum. n̄ adhibeas eum c, corr. p ex Marb.: »Sed si defuncto quis forsā applicet illum, Protinus asseritur solitas amittere vires.« — 22 desursum p, deiusum c, quod de deorsum significare

VI. Lapis Smaragdus.

Smaragdus lapis pulcherrimus et validissimus ad omnem
aquariam divinationem. Persuasionem habet in omni negotio,
portatusque adauget substantiam et corpus et sermonem caste
aptus. Maxime autem subvenit et liberat a tempestatibus. 5
Nam quicumque perfecit et consecraverit eum, omnimodo
impetrabit libertatem. Oportet autem eum perficere sic:
adeptus lapidem iube sculpere scarabeum, deinde sub ventre
eius stantem Isidem, postea pertundatur in longitudinem.
Tunc autem auream fibulam immittens in dicto porta, consecra- 10
tum et fac locum quemdam bonum praeparari, et ornare te et

posse putat Ring hoc sensu: ex imis terrae penetralibus. Ipse ta-
men deosus vel deosum coniecit quod divini aliquid significaret. (cfr.
pluralem hispanicum dioses in Diezii lexico p. 153).

1 et 2 Smaragdus ego ex Plinio et Marb., Smaragdo *c p.* — 2 pul-
cherimus *c*; delevi et ante ad, cfr. p. 167, 18. 19. — 5 aptus] aptatus
vel gestus sine causa coni. Pitra. — 7 imperabit *C*; — 8 adeptum *C*;
sculpire *C*; — 9 incidem *C*. Caeterum haec sic leguntur in cod. 8454:
»Evax. Adeptus lapidem oportet sic perfici. Fac in eum scarabeum
sculpi, et sub ea posita constantem [et sub eo Iridem stantem coni. Pitra]
deinde pertundatur in longitudinem, sicque in aurea fibula discoopertus,
sit consecratus; — auream om *c p.*, addidi ex cod. 8454 et ex Damigerone
Graeco. Ex Damigerone graeco transscripta esse videntur, quae in co-
dice Ambrosiano A. 95 post prosaicam Lithicorum epitomam de smaragdo
leguntur: λίθος σμάραγδος ὁ κάλλιστος καὶ πολύτιμος δύναμιν ἔχει πρὸς
πᾶσαν χάριν καὶ ἐπιτυχίαν ἐν πάσῃ πράξει· τοὺς δὲ ἀγνῶς βιοῦντας
αὖξαι βίῳ τε καὶ λόγῳ καὶ πράγματι· ποιεῖ δὲ πρὸς ὑδρομαντείας καὶ
δοῦλοις πρὸς ἐλευθερίαν συμβάλλεται· ὥς (sic) γὰρ αὐτὸν κατασκευάσῃ
(sic) καὶ πελήσει (sic) πάντων ἐπιτεύξεται. δεῖ δὲ αὐτὸν κατασκευάσαι
οὕτως· κτησάμενος τὸν λίθον κέλευε ἀδάμαντι γλυφῆναι κἀνθάρον· εἴτα
εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἐστῶσαν ἴσιν· ἔπειτα τρύπησον εἰς μῆκος· καὶ ἐμ-
βάλλων χρυσὴν βελώνην φόρει περὶ τὸν δάκτυλον. οὗτος ὁ λίθος γεννᾷ-
ται ἐν Ἰνδία ὅπου ὁ φουσὼν ποταμὸς ἐκ τοῦ παραδείσου ἐξέρχεται. οὗτος
ὄρασιν ἔχει ὁμοίαν τῇ χλόῃ τῆς γῆς· καὶ ὁ μὲν πρᾶσώδης οὕτως καλεῖ-
ται ῥωνίας. ὁ δὲ παρὰ τοῦτον ὑποχλωρίζων λέγεται σμάραγδος βακτορί-
ζων. — 10 fibulam missam *c*, fibula inmissa Ring, in fibulam missum *p*,
fibulam immittens ego ex Damigerone graeco; — in dicto Ring ex Dami-
gerone graeco, dico *c*, dicato *p*; consecrato, *C*, corr. Pitra in notis. —
11 te ego, tu *c p*; orna (= ordina) ritum Ring

cetera quae tua sunt, et videbis gloriam lapidis, quam ei deus concessit.

VII. Lapius Corallius.

Corallius lapis maximas habet vires et magicam tractationem et in maiora negotia moventes. Est enim tenax, et 5 omnia repellit somniorum ludibria suo remedio. Maximum autem tutamentum adversus iras dominorum insculptum nomen noctilucae, hoc est Hecates signum aut Gurgonis personam; portans autem eum numquam capietur a nullo medicamento, nec a fulminea umbra immissa; et in bello quoque et pugna 10 maximum adiutorium est. Invictum et efficacem et impetetrabilem sine timore et sine tristitia et securum facit gestantem eum et facile impetrandum et introitum facile habentem. Praeterea consecratus et contritus et seminatus cum frumento aut hordeo aut aliquo fructu, amovet de terra grandinem et 15 omnem perniciosam tempestatem; insuper in vineis aut olivetis dispersus repellit omnem exitiosum impetum ventorum.

1 quamque ei *p*. — 3 De corallio cfr. quae Pseudo-Dioscorides Damigerone latino habet ap. Vinc. Bellov. l. l. cap. LVI: »Dioscorides. Lapis corallius maximas habet virtutes. Est enim tenax et omnia somniorum ludibria repellit atque ab omni maleficio atque umbris demonum et inanibus studiis custodit sed et fulminibus etiam in navi ventis et tempestatibus resistit,« quae licenter immutata esse graecus textus arguit, cuius magnam de corallio partem supra in Lithicorum epitoma ex codice Vaticano edidi; — corallios *C*; — 4 corallio *c*; ante magicam fort. addendum in. — 6 repellit ego ex Diasc. et Damig. graeco, expellit *cp*; sompniorum *c*; — 7 dominorum pro daemoniorum vel deorum scriptum esse putat Pitra, male, cfr. πρὸς ὀργήνⁿ δεσπότην in Damig. graeco; insculptum Ring, sculptum *cp*, nomen *p*, *n* (sic) *C*; — 8 etate *C*, Hecates *p*, recte, ut apparet ex Damig. graeco. — 9 autem eum om. *p*, qui comma post portans, non post personam posuit. Ego graecum textum secutus Insculptum nomen etc. cum superioribus coniunxi, cum *p* novam ab his verbis incepisset sententiam. — umbra] vibra coni Ring a verbo vibrare ductum ut pugna a pugnare, collatis: Mémoires de la soc de linguist. de Paris IV fasc. 1., Rönsch: Itala u. Vulg. p. 84, Paucker: de latinitate Scriptorum Hist. Aug. p. 71sq. — 11 efficax *C*; — 12 sine tristitia et om. *p*. — 13 et facilem imp. *c*; — 15 ordeo *c*; — 15 ammovet *c*; — 16 perniciosam *c*; — 17 dispersum *c*; — 18 exitiosum impetus *c*.

In domo autem positus conservat ab omni maleficio et umbris daemoniorum et vanis somniis et fulminum ictibus. In nave hoc si habueris, multum efficacior eris: resistit autem ventis et tempestatibus et turbidinitibus. Tantam sortitus est potestatem iste lapis remedii contra adversas partes. Consecratur vero a deo et sanctis locis hoc tutamentum, ut sit maximum die ac nocte, hora diurna vel nocturna; bonumque praesidium corallius lapis habet.

VIII. Lapis Exebenus.

Exebenus lapis albus est et speciosus, cum quo solent 10 aurifices aurum limpidare. Curat autem stomachum maxime in potu aspersum cum aqua. Praeterea insanos aut lassos in potu persanat. Et ad amantes similiter in potu dabis; insuper ad Veneris voluptatem congruit mirifice: bibitus non patitur eos fatigari. Solvit etiam vesicae dolorem, aptissime 15 enim subvenit. Nam gestatus partum sine aegritudine conservat, et velocitatem parientis facit circumligatus dextro femori. Consecratus perpetua consecratione.

IX. Lapis Haematites.

Haematites lapis est optimum donum naturae; datum 20 est omnibus a deo. Ad omnem corporis integritatem utilis est; etiam tutamentum bonum salutis est; est enim perennis

2 sompniis c; — 5. 6 consecratur ego, consecratus cp; — 6 locis. Hoc c; — 8 corallio c. — 9 De exebeno cfr Vincent. Bellov. l. l. cap. LXVI: »Dyascorides. Genus lapis est albus ac preciosus: quo solent artifices aurum limpidare. hic potatus in passo et aqua stomaticos curat. Amantes similiter potus eius sanat. vesicas etiam dolentes soluit, potatusque sine egritudine servat et femore circumvolutatus velociter parturientes facit.« — 9 et 10 exebeno C; — 12 in potum asparsum c; in potu aspersus p; — 12 lassos Ring ex p. 172, 1 »insanos et languidos«, passos cp; — 12. 13 in potum c; — 13 in potum c; — 14 bibitus n. p. e. fat. om. p; fatigari ego, fatigare c; — 15 Solvit ego cum Diasc., iu. Solvit c, Insolvit p; an Dissolvit? — 15 abtissime c, — 17 parturientis p; — 19 et 20 emathiten C, Aemathites Pitra, qui melius Haemathites scribi dicit, Haematites ego; — 22 perhennis c.

lapis iste, et oculis maxime aptus est. In oculorum eventationibus contritus cum Attico melle non fumigato inunctus sanat; et omnem oculorum dolorem infusus cum lacte mulieris curat; praeterea ulcera oculorum et morsum anguim. Potatus cum aqua omnis serpentis vulnus eximie sanat, et fluxum sanguinis sine intermissione fluentis; circumligatus autem umbilicum vel unguendo aut per potionem dabis lapidem curationis gratia. Amplius per stillicidia meiantibus urinam persolvit et sanat.

X. Lapis Chelidonium.

10

Chelidonium lapis invenitur in ventriculis hirundinum. Genera eorum sunt duo, nigrum et rufum. Cape hirundines (sed meliores sunt qui ex nidis sumuntur) et fissis eorum ventriculis aufer lapides; utiles sunt tibi: rufus quidem sa-

1 in om. *p*; eventationibus] »Nimirum graecum ἐξαυρώσεις vi-
tiose legisse ἐξαυρώσεις videtur. Haec nota Dübneri.« Pitra. — 4 id
est serpentium post anguim delevit Pitra, utpote ex glossemate
natum; — 5 positus *C*; — 6 circumligatum *p*, circumligatus *c*, an circum-
ligabis? — 7 vel umbilicum unguendo *p*, male, nam de serpentium mor-
sibus haec dicta esse patet ex Marb.: »Serpentis morsus vel quod
fit ab aspide vulnus, Egrege curat resolutus aquis et inunctus«,
quare colon pro puncto post fluentis posui; sed praeterea fort. umbi-
lico scribendum. — 8 scillicidiam *c*; meiantibus *c*, quod ex inscriptioni-
bus et ex Marcello Empirico probavit Ring; meientibus *p*; — 10 de
Chelidonio cfr. Vincent Bellov. l. l. cap. LIII: »Dyascorides. Celidonium
lapis est: qui in uteris yrundinum invenitur. Cuius genera duo sunt, niger
et rufus: hic sublatis pullis yrundinum ex nido, fissisque ventribus eorum,
in ipsis invenitur. Et rufus quidem sanat lunaticos et languidos et in-
sanos panno immissus et in sinistro egroti brachio circumligatus, prete-
rea portantes se facundos gratos et amabiles facit. Nigrum quoque qui
habuerit omnibus placebit. Sed cui dolent oculi eo trito cum aqua inun-
gitur et sanatur. Idem in panno lineo croco tincto missus quotidianas
tercianas et quartanas compescit. Adversus omnes humores aptus est
excellenter.« — 10 et 11 chelidonio *C*; — 11 irundinum *c*; — 12 hirundi-
nes ego, yrundines *c*, hirundinem *p*; — 14 auferis *C*, quod retinendum
vel in auferes mutandum esse censet Ring, ablegans ad: L. Ziegler,
Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus (Monaci 1878) p. 116
nota 4. Est autem auferes optativus.

nat lunaticos et insanos et languidos. Facies autem sic: accepto panno lineo, puro, alliga eum ibi, et circumda in sinistro brachio male habenti et in die tertio curabitur. Praeterea gratissimos facit portantes illum et facundos, etiam amabiles et idoneos. Niger autem gestatus similiter negotiis 5 omnibus fines optime imponit, nec non ad omnes minas et iras regum et dominorum portatus obsistit. Nam qui habet eum secum omnibus hominibus placebit et omnes ad arbitrium suum perducit; fidem enim eis accommodat. Sed si cui dolent oculi, tere eum cum aqua et inunge et salvabitur. 10 Et cum tollis de nido, observa, ut nec pater eorum aut mater prope sit, meliores enim habebis effectus eorum. Niger autem lapis missus in panno lineo, croco tincto, tertianam et cotidianam febrem compescit et adversus omnem humorem excellenter est aptus. 15

XI. Lapis Chelonites.

Chelonites autem lapis est ad praenoscenda futura: habens enim eum sub lingua, quaecumque volueris, discis. Cum autem acceperis eum, antea os dilue. Valet praenuntio eo

3 brachio *c*; — 6 imponitur *c*; — 8 et ad omne arb (sed ad omne in marg.) *c*; — 10 inunge ego, iniunge *cp*; cum ego, quum *cp*; — 11 nidu *c*. — Caeterum cfr. cod. 8454: »Evax. Cum tolluntur lapides, cavendum ne patres assint. habent meliores sic effectus.« — 14 in hoc versu excidisse videtur vox quartanam, cfr. Dioscoridem; — quotidianam *p*; — 14 tumorem *cp*, humorem dedi ex Diosc. et Marb.: »Iste lapis positus febres extinguere fertur, Et simul humores compescere quoque furores«; — 16 et 17 cheloniten *C*; — 18 discis ego, dicis *cp*; quum *p*; — 19 antea [melle?] os dilue *p*, ex Plinio: »Melle enim colluto ore«. Sed contra facit Marb.: »Quem si sub lingua loto quis gesserit ore; praenuntio *c*, in quo fort. aliud quid latet, »caeteris diebus a prima in sextam horam« valere hunc lapidem affirmant magi apud Plinium XXXVII § 155; — utrum vim praenoscendi futura, an tempus ante novam lunam (quasi 'praenoventium') significet praenuntio, dubitat Ring, qui pro eo quod sequitur: ex Eo (vel ex Eoo) usque aut Eousque (ubi Eous genetivus esset, que autem et enim significaret) scribendum esse coniecit; postea autem priori sententia mutata praenuntio pro προγνωστικῶ dictum esse censuit.

usque ad horam sextam. In prima vero luna valet per totum diem, verum quinta decima similiter; decrescente autem luna ante solis ortum valet. Exciditur autem lapis iste de oculis testudinis indicae. Si vis scire hunc verum esse, mitte supra turibulum tres candentes carbones et incenso sacrificabis et superponis lapidem istum confundens nihil omnino laeditur.

XII. Lapis Ceraunius.

Ceraunius est lapis, quem Aegyptii smaragdum vocant; invenitur autem in illis locis, ubi fulminis iactus fit; narratur tamen ex contritione nubium inter se fieri et pro hac causa hoc nomen meruit. Hunc si quis cum castitate portat, numquam a fulmine ferietur, nec domus, nec villa in qua fuerit. Praeterea si habuerit eum aliquis navigans, non periclitabitur per fulmen aut turbinem. Ampliusque ad omnem victoriam et certamen qui portat eum exsuperabit in omnem rem. Sed et oracula dat obsecranti, in somnis bona somnia; tanta est virtus huius ceraunii lapidis.

XIII. Lapis Iaspis.

Iaspis autem lapis multis locis nascitur et multorum colorum est. Omnium autem optimus et validissimus in colore est lucidissimus. Perfectus est tantum consecratus et caste portatus iste lapis. Imbrium enim est perfectior et invocatus imbres facit.

1 per totum diem — ortum valet *c* in marg. habet. — 3 exciditur ego, inciditur *cp*, sed cfr. Plin. l. l. »Chelonia est oculus indicae testudinis«; indicis *C*, Indices Ring; — 4 hunc ego, hoc *cp*; turibulum ego, turribulum *c*, thuribulum *p*; — 5 incenso ego, incensum *cp*; confundens corruptum videtur, an contundens? vel et continenter? confobens (pro confovrens) mediali sensu dictum coni. Ring. — 6 nichil *c*; — 9 est] iste *cp*; an autem delendum est? Smaragdum ego, smaragdo *cp*; — 10 autem fort. delendum; — 12 castate *c*; — 14 praeter *C*; — 16 et] aut *p*; — 16 exuperabit *c*; — 17 obsecrantis *c*; sompnis *c*; — 18 cerannii *c*; — 19 Iaspis ego, Yaspidis *C*, Iapidis *p*; — 20 Yaspis *c*; — 21 colon post validissimus deleui cum Marb.: »Optimus in viridi translucentique colore«; — 22 tamen *c*; — 23 per-

XIV. Lapis Sapphirus.

Sapphirus vero lapis honorificatus est vehementer a deo. Dicitur autem apud quosdam Ormiseum. Hunc lapidem solent reges gestare circa cervices; maximum enim tutamen est. Habet autem vires has: inviolatum ab omni livore con- 5 servat hominem et amabilem deo efficit, et corpora praebet integra et boni coloris, et sudorem multum fluentem circumligatus compescit, et ardorem omnem interioris partis amovet ab eo qui eum portat. Praeterea ad vetera ulcera contritus cum lacte et superpositus magnam medelam dat, et 10 epiphoras oculorum sanat et motus frontis. Et si quis in visceribus torsiones habuerit, cum lacte potatus sanat. Et si

fectus *C*, profectu (dativ.) coni. Ring, »coniciebat aliquis pector. Sed praeplacet perfector, Tullio non ignota vox« Pitra, qui ad finem huius articuli annotat: »Brevior caeteris articulus, sed augendus e consimili art. XXIII, ubi vide Plinii et Isidori censuram.«

1 et 2 Saphiro *C*; — 3 Ormiseum Plinii Hormiscion esse parum probabiliter putat Pitra, (cfr. Plin. XXXVII, 60, 168: »Hormiscion inter gratissimas adspicitur ex igneo colore radians auro portante secum in extremitatibus candidam lucem), Aëtii (II 47) ἀρμούθεν (ἀρμούθεν, ἀρμουθέου, — θέους, — θεως) esse putat Rose l. l. p. 490, qui sapphirum a nostro cum armenio (alias armuthen) confusum esse sine causa affirmat. Mihi non ex ormiseum sed ex orinicus a Dioscoride servatum proficiscendum esse et in ormiseum vel orinicus vocabulum quoddam ab ὄρεσιν incipiens quaerendum videtur. Caeterum cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XCIV: »Dyascorides. Saphirus lapis est qui et orinicus dicitur corpora praebet integra bonique coloris. Torsiones ventris cum lacte potatus curat. et omnia ulcera cum lacte sanat.« — 5 inviolatum *c*; — 7 coloris ego cum *Diasc.*, caloris *cp*; — 8 interis *c*; — 8. 9 ammovet *c*; — 9 eum om. *p*. — 11 epiphoras ego, epyforas (sic) *c*, ἐπιφοράς *p*; — 11 quis om. *c*; — 11 in visceribus ego, in viscera *cp*, quod dubitanter defendit Ring, intra viscera tacite Rose l. l. p. 487, ubi hunc Aëtii locum, ex Damigerone graeco ut putat sumptum laudat (Aet. II 38): Λίθος σάπφειρος μετὰ γάλακτος ποθείς λείος ἵεται τὰς ἐντὸς ἐλκώσεις πάσας, καὶ ἰδρωτάς παύει. τὰς μὲν οὖν ἐκτὸς ἐλκώσεις ἵεται μετὰ γάλακτος ἐπιχρισθεὶς, τὰς δὲ ἐν τῇ γλώσση διακοπὰς λείος ξηρὸς ἐπιπαττόμενος ἵεται. καθόλου γὰρ ξηραντικωτάτης δυνάμεώς ἐστι. — 12 tortiones *c*; potatus ego cum *Diasc.*, positus *cp*, potus tacite Rose l. l. —

quis vulnus in intestinis habuerit, trito lapide cum lacte circumunguis intestinum, et sanabitur. Si quis autem lingua vexatus fuerit, similiter ex contrito lapide linis linguam et curabitur. Omnia quoque vulnera sive recentia, sive inveterata curat eodem modo contritus et superunctus cum lacte. ⁵ Resistit autem ad omnem invidiam vehementer et corpus conservat. Sed etiam sanctos deos propitios facit praeclara cum impetratione et honore. Facit autem et ad divinationem per aquam intelligere sancta responsa. Divinantibus quoque valde optimus est; nam qui habet eum perfectum in ¹⁰ formam scarabei, omnia vera divinabit, et fidelia habebuntur. Et placabilis erit deo et hominibus, qui hunc gestat cum castitate.

XV. Lapis Epistites.

Epistites autem lapis est rubicundus et dilucidus. Nasci- ¹⁵ tur vero in Corintho apud templum dei. Habet autem virtutes istas maximas: iste lapis missus in aquam ferventem continuo tepidiorem reddit; si autem permiseris eum in aqua fieri omnem ardorem tollet et frigidam aquam facit. Istum vero lapidem habentes malefici remonent a fructibus grandines ²⁰ et nebulas et turbines nocivos, sed et locustas. Et deos propitios facit per suam potentiam. Praeterea cum retinet eum

1. 2 circumungis *p*; — 7 dei propitius *est* ^o facit praeclaros cum impetratione *C*; — 8 divinationem ego, divinitatem *cp*; — 10 quoque] an enim? — 11 scarabei ego, scarabii *c*, scarabaei *p*; divinabitur *c*; — 14 De epistite, qui ab aliis rectius Hephaestites dicitur, vide Vincent. Bellov. l. l. cap. LXX: »Dyascorides. epistitin lapis rubicundus ac dilucidus est et nascitur in corintho. hic in aquam ferventem missus continuo tepidiorem eam reddit. et si aliquantulum steterit ibi omnem ardorem tollens frigidam eam facit. Hunc cum aliquis in manu dextra contra solem tenuerit radios emittit et ignem vomit. ita ut videntes mirentur. Qui vero circa brachium sinistrum eum portaverit, omnes turbas contempnit « — 14 Epistem (sic) *C*; — 15 Epistes *c*; dilucidus ego ex Diasc., delucidus *cp*; — 18 tepidorem *c*; in aquam *C*; [lique]feri *p*, male, cfr. Diasc. — 20 fluctibus *C*; — 21. 22 deus propitius *C*; — 22 quum *p*.

aliquis in manu dextra contra solem, radios emittet, et ignem evomet sua voluntate, ut videntes mirarentur. Aptus est autem ad potentiores et seditiosos, nam qui portat eum tutamentum circa sinistrum brachium, omnes asperitates et omnes turbas contemnit.

5

XVI. Lapis Orites.

Orites vero lapis est specie non nigerrimus, rotundus, quem alii sideriten vocant. Aptus est autem curando morsus bestiarum. Contritus enim et superillinitus cum roseo unguento super vulnera bestiarum, validissime curat, sed et 10 nervos coniungit alligatus. Si quis homo eum secum habuerit, omnem bestiarum impetum expellit. Hunc portantes magi per solitudinem iter faciunt et non vexantur a feris. — Est vero et alter lapis Orites, viridis et subcandidus, maculas habens; scies autem, si verus sit iste lapis: pone super turi- 15 bulum carbones igneos ardentes quam plurimos et superpone multa genera lapidum diversissimorum et istum inter eos, et dimitte, ut comburatur una hora. Deinde si hunc integrum et illaesum videris, habebis eum in tutamentum, et omnia pervincit omneque periculum et omnem timorem effugat. 20 — Est etiam tertium genus quasi ferrea lamina ex uno latere lenis, ex altero velut acutus. Habet virtutes maximas, nam regis in coitu concubinis, ut non deformes aut nanos filios

2. 3 autem in c deesse falso dicit Pitra; — 3 seditiosus C; — 4 sinistro brachio c; — 5 contempnit c; — 6 et 7 Orites ego ex Plinio et Marb., Ortiten C, Ortites p; — 7 nigerimus c; — 8 syderiten c; autem curando ego, autem curandi c, autem ad curandos p; — 11—13 Graecus Damigeronis textus servatus esse videtur in Lithicorum epitoma a τοῦτον πρὸς ἀποτροπήν usque ad κατετόλμων p. 146. — 12 impetus c; — 14 orites ego, ortiten c, ortites p; — 15. 16 turibulum ego, turribulum c, thuribulum p; — 17 genera ego, gñā c, grana p; — 18 dimicte c; — 21 est enim t. C; ferream laminam C; — 22 velud c; — 21—p. 177, 1 nulla lacunae signa in c; nam circumligatus regis concubinis facit ut nec conc. nec par. p mediis omissis. Caeterum v. 23 in coitu ego, in coitum c; — 23 deformes et filios ego, defors et filii c; nanos Ring, minus c.

procreent, circumligant regis concubinis hunc lapidem, ut nec concipiant nec pariant; tantum remedium sterilitatis natura genuit hunc lapidem. Cave autem, ne gravidae eum circumligent, cogit enim eam praeposterum eicere infantem. 5

XVII. Lapis Achates.

Achates vero lapis potentias habet optimas, sed qui similem habet colorem pelli leonis, valet ad scorpionis morsus; alligatus enim vel illinitus cum aqua statim tollit dolorem; tritus et vulneribus aspersus vel in potione cum vino 10 datus, viperarum sanat morsus. Portatus autem in tutamentum erit, et facundum et potentem et gratum et suadentem facit eum qui portat, sed et robustum; et colorem bonum facit et ad deum et ad homines amabilem.

4 praeposterum Ring, per rostrum c, quod om. p; — 6 et 7 Achaten c. — Ex Damigerone graeco sumpta sunt quae in libello Σωκράτους καὶ Διονυσίου περὶ λίθων adhuc inedito leguntur fol. 216, b codicis Vaticanani graeci nr. 578: Λίθος ἀχάτης· οἱ ἀχάται μεγίστας δυνάμεις ἔχουσιν· εἰσι δὲ ἔρμου. — ὁ δὲ ὁμόχρους λέοντος δορὰ ἰσχύοι. πρὸς τοὺς σκορπιόδηκτους προστεθεῖς (lege προσθεθεῖς). ἡ λειωθεῖς καὶ παραχρῖσθεις μεθύδατος. αὐτίκα γὰρ ἄπονον ποιεῖ τὸν πληγέντα. εὐθετος δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐχιόδηκτοις τριβεῖς καὶ ἐπιπασθεῖς τῷ δῆγματι ἡ καὶ μετὰ οἴνου ποτισθεῖς. φοροῦμενος δὲ ἐν τῇ δακτυλίῳ ποιεῖ τὸν φοροῦντα ἐμπροσθήγορον καὶ ἐδύμλον καὶ ἐδπεινῇ. καὶ δυνατὸν καὶ ἐν πᾶσιν περὶ χαρῇ. εὐρωστον τε καὶ εὐχρουν. τελεῖται δὲ οὕτως. λαβὼν βελόνην χαλκὸν γράφει ἐν αὐτῷ τὸ ὄνομα τοῦτο Ἰσῶν καὶ ὑπόθεσις εἰς τὸν δακτύλιον τὸν λίθον καὶ ἐντυπώσας φέρει. οὗτος δὲ ὁλοκίτρινος. Idem est lapis agapis de quo vide Vincentium Bellovacensem l. l. cap. XLII, ubi ex Damigerone latino haec: »Dyascorides. Agapis potentias habet maximas: qui colorem pelli leonis habet similem. ad morsum scorpionis valet etc. . . . dolorem tollit. tritus et vuln. asp. v. in pot. cum v. d. vip. san. mors.: portatus quoque facundum et amabilem gratum ac potentem facit«, ubi quae cum Damigerone graeco consentiunt vel contra C libri auctoritatem in textum induxi. — 7 quij quum p; — 8 colore pelle c; — 8. 9 morsum p; — 9. 10 post dolorem pergit cp: et viperarum morsus curat tritus verum supra vulnera sparsus et datus in potione cum vino sanat, ubi curat — sparsus in marg. scripta sunt in c.

XVIII. Lapis Odontolycius.

Odontolycii id est lupi dentes, prosperi sunt et utiles militibus et venatoribus et rapere aliquid volentibus et per aquam divinantibus aut per sensum divinalem, positus subtus fundo scyphi. Pro firmamento infantibus tutamen firmum 5 praebet. Apti sunt autem maxime furibus, qui aliena furari cupiunt.

XIX. Lapis Alectorius.

Alectorius vero lapis invenitur in ventriculis gallinaciorum, modo fabae, crystallina specie aut aquae limpidae. 10 Hunc lapidem qui portat, invictus erit ab omni homine, tamen a multis temptatus et probatus est. Nam gladiator aut pugnator habens eum in ore suo insuperatus permanebit et sine siti, et athletam et aurigam omnimodo vincit. Milo enim Crotoniensis hunc lapidem portans numquam est victus. 15 Praeterea multi alii per praelia eum habentes fortiter belligerabant et invicti permanebant. Et reges expulsi sunt a regno suo et receperunt dominationem, non solum suam, verum etiam alienam. Facit etiam securos et gratos et placentes gestantes eum. Praeterea circa venereas voluptates 20 reddit. Sed et mulieribus proderit portantibus quae volunt

1 Odontolycius ego, odontelycio (sic) c, Odontelycius p; — 2 Odontolycii ego, Odontelycio c, Odontelycius p; — 3 aut per sensum divinalem C; divinalem edidit p, qui praeterea aut per incensum coni.; fundus scisi c; — 6 autem] tandem p; furare c, fort. recte. — 8 De alectorio cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XLIII: »Dyascorides. Alelectorius lapis in ventribus gallorum gallinaciorum invenitur; quem gladiator habens in ore: permanet invictus ac sine siti. Mulieribus quoque que volunt placere viris proderit quia portantes se probas ac speciosas reddit.« — 8 et 9 alectorio C; — 9 gallinaciorum c et Diasc., gallinaceorum p; — 10 cristallina c; — 12 tentatus p; nam ego, nam et Ring, nec cp; — 13 eum om. p; superatus p; — 14 exitum c, exitu p, siti ego ex Diasc. et Marb. — 15 contronense C; — 17 invictos c; — 18 recipuerunt C, fort. recte. — 20 lacunae signa ego posui et aliquid deesse animadvertit etiam Pitra; cfr. Marb.: »Hic circa Veneris facit incentiva vigentes«; — 21 reddit ego, reddidit cp; set c; eum ante qui (sic cp) add. p.

viris placere: communis enim lapis est. Gestatus quoque firmitatem in oratione praebet. Facit etiam portantem speciosum et magnanimum et probum et bonum, omnia proposita obtinentem fortibus tutamentis.

XX. Lapis Gagates.

5

Gagates vero lapis invenitur in flumine, quod appellatur Gagano. Est autem sublineo colore magisque longius. Habet autem virtutes magnas et optimas. Mulieribus autem si non fluxerint menstrua, si hunc lapidem conteres et pones super carbonem ardentem, deinde iubeas mulieri circumgredi, ut uterus eius vaporetur, et sic purgabitur et sine noxio et sine dolore. Si quis autem mancipia mercatur et vult scire, ut non sit ex eis caducus aut lunaticus, succende lapidem et si aliquis tale vitium habuerit, in ipso vitio cadet: tantam virtutem habet iste lapis. Omnem fraudem et ligamenta persolvit, et succensus omnes angues et viperas et serpentes effugit ex loco.

XXI. Lapis Medius.

Medius lapis niger est; tritus autem emittit croceum colorem. Multas bonas et malas potentias habet. Si quis

20

2 in orationem c; — 4 optin. c; — 5 et 6 Gagaten C; — 7 Gagano] ab aliis Gages vocatur. — 9 menstrua c; — 10. 11 ut ut. eius vap. om. p; — 14 vicio c; — 16 et viperas om. p, et viperis c, quod correxi; — 17 exfugat c. — Ex hoc capite cod. 8454: »Evax. Mancipia si vis emere hoc trito suffumiga et statim apparet si lunaticus fuerit.« — 18 et 19 Medus ego ex Diasc. et Marb., Medius cp. — De hoc autem lapide adi Vincentium Bellovacensem l. l. cap. LXXXV: »Dyascorides. Medus lapis in media inventus est: apud fluvium fasnî: unde et nomen accepit. Niger quidem est sed tritus colorem croceum emittit. Est autem duplicis potentie: bone s. et male. Nam et tritus in coctura medicinali [sic pro super coticulam med.] cum lacte mulieris: que semel puerum primo partu edidit: et unctus: albugines oculorum curat et omnem illorum dolorem. etiam si fuerit desperatus. podagricos etiam eodem morbo [lege modo] cum lacte ovis: que semel genuit masculinum sanat. verum si quis ex eo biberit, pulmonem evomet.« — 19 o ante croceum habet c.

gaudium comparat ad vindictam inimicorum aut latronum.....
ita homines debent tam ad bona quam in mala, si fortuna
tulerit, parati esse. Scies autem bene quidem agentes in lo-
cum impiorum non pervenire Hic ergo lapis tritus
super coticulam medicinalem cum lacte mulieris, quae semel 5
creavit in primo partu puerum, inunctus albuginem oculorum
curat, et omnem oculorum dolorem tollit; etiam si videre
desperatus fuerit, sanat. Praeterea podagricos eodem modo
cum lacte ovis tritus, quae semel genuit masculinum foetum,
ungis et sanatur. Et renes et anhelitus et interiores partes 10
sic curat. Hoc medicamentum maximum est et a multis pro-
batum. Praeparatum vero hoc medicamentum habebis in
vitreo vase vel argenteo et ieiunus perficies. Ad vindictam
vero lapidem supra coticulam teris et cum aqua dilue lapi-
dem et coticulam, et dabis cuivis, et lavet faciem et eccae- 15
cabitur. Si quis autem biberit ex eo pulmones evomet.
Oportet autem bibenti paululum dare, quod non satietur.
Hic lapis inventus est in Media, unde vocabulum habet. Na-
scitur vero in locis apud flumen Fasin.

XXII. Lapis Syrtius.

20

Syrtius vero lapis, qui et Sapphirus appellatur, inveni-

1 gladium Ring, recte, puto. — 2-4 quae hoc loco inter lacu-
nae signa posui, ex textu eiecit Pitra, qui addit: »Lacinia huc temere,
nescia unde, invecta, omissorum locum occupat. Suspicio non pauca ca-
pitis XXX ex hoc XXI detracta pessime esse, ab hisce verbis: Medium
vero nomine de Mediodon etc. Sed quum in Marbodo eadem re-
rum ratio aut confusio occurrit, nolui mutare quidquam.« — 2 in ma-
lam c; — 5 coticulam ego ex Marb.: »Namque super cotem mulieris
lacte solutus«, cuticulam C, craticulam p; qui c; — 8 desperatus c; po-
dracos c, podagros p, podagricos ego ex Diasc.; — 9 qui c; fetum p;
— 10 ungit p; sanat p; — 13 vaso c; perficiet C; — 14 coticulam ego
ex Marb.: »Et resolutus aquis cotis sibi fragmine mixto«, cuticulam
c, craticula p; — 15 coticulam ego, cuticulam c, craticulam p; — 15
excaec. p; — 17 quod ego, q c, quo p; — 19 Phasin p; — 20 syrtis c;
vv. 21 — p. 180, 3 ex Plinio interpolata esse iudicavit Pitra, collato Plin.
XXXVII 67, 182: »Syrtitides in litore Syrtium, iam quidem et Lucaniae,
inveniuntur e melleo colore croco refulgentes, intus autem stellas conti-
nent fulgidas«. — 21 Sapphirus c; inventus est p.

tur in extremis Libyae partibus circa Syrtes expulsus a mari per tempestates. Idem nascitur et in Apuliae regione apud Lucaniam.

Damigeron scribit:

Hic integer et potens vicisset omnem virtutem lapidum,⁵ qui maximas potentias habet et in primis tutamentis numeratur. Qui habet ergo hunc lapidem, armatus est adversus omnem fraudem, et omnibus maleficiis et apud insidias aliorum lapidum resistit. Huius tamen naturalis potentia esse divina dicitur. Si quis a rege vel praeposito mittitur in vinculum propter delicta vitae, et voluerit aliquis educere eum de vinculis, si fieri potest, tange capita vinculi, statimque rumpentur, et cum solutus fuerit, veni ad hostium et tange hoc cum lapide, et a semet ipso hostium aperitur, et vadat ubicumque voluerit, a nullo enim aspicietur. Est autem circa¹⁵ gratiam et amicitiam conciliandam optimus.

XXIII. Lapis Capnites.

Capnites lapis similis est crystallo, sed multum distat ab eo. Portantibus autem optimus est. In obsequio erga deum et homines cognitos facit. Facundum vero et formosum facit gerentem se. Curat hydropicos circumligatus sinistro brachio. Utilis est autem ad formidines et minas amovendas. Nam qui habet eum, apud omnes gentes in gratiam venit et minas mitigat.

1. 2 a mare c, quod dubitanter defendit Ring. — 4 Amigeron C; — 5 Hic] vir C; vincisset C, vicisse coni. Ring, cum infinitivus perfecti pro infinitivo praesentis positus in lingua vulgari frequentissime reperiatur; — omnes virtutes p; — 8 apud] malim adversus, ad coni. Ring. — 10 quis agere vel C; mictitur c; — 11 delicta vitae Ring, delendam vitam p, delenda vita c; aliquid C; seducere c; — 13 quum p; solitus c; ostium p; — 14 ostium p; — 17 et 18 Capnites ego, Caphniten c, Caphnites p, Capnitis nunc apud Plinium editur N. H. XXXVII, 56, 151; — 18 crystallo c; — 20 faciendum C; — 21 ydropicos c; — 22 brachio c; autem om. p; — 22. 23 admovendas c; — 23 apud om. c; in gracia c; mitiget c.

XXIV. Lapis Optallius.

Optallius lapis circa oculos efficax est; nam qui gerit eum, numquam oculis laborabit. Aptus est autem et furibus, ut non teneantur: obscurat enim aspectum proximorum, ut non videant furantes. Hunc furones usi sunt gestare. 5

XXV. Lapis Obsyontes.

Obsyontes vero lapis, sicut maiores nostri aiunt, disparis virtutis videtur esse. Est enim optimus et magno opere adversus somnia incerta resistit, ut nullus alius lapis. Praeterea volentibus aliquid laedere subvenit. Si quis in eo scul- 10 pserit solem et lunam, et gestaverit eum consecratum bonam vitam exigit.

XXVI. Lapis Hieracites.

Hieracites lapis in primis numeratus et probatus est a magis. Est autem niger modice et idoneus. Habebis au- 15 tem sic eum: Ubi volueris aliquid praescire, lava os tuum cum melle optimo et pone sub lingua lapidem, et disces quid de te, aut quid sapiat vel cogitet aliquis, futura omnia. Sed impetrationibus maxime congruit; gestatus enim nemo tibi contradicit aliquid postulanti. Verum amatoria quoque et 20

1. 2 Optallius ego ex Marb., Optallion *cp.* Quem lapidem veterum *ὀπάλλιον* esse vulgo credunt; sed, si ex virtutibus ei attributis augurari licet, medii aevi scriptores de ophthalmio, optallio cogitavisse videntur. — 3 laboravit *c*; — 4 teneatur *c*; — 5 suerunt pro usi sunt coni. Ring; v. furentes *c*; — 6 et 7 Obsyonten *C*; Obsianum hunc lapidem esse putat Pitra. — 8 virtutis add. Ring, om. *cp*; videtur esse ego, uñ esse *c*, naturae est *p*; magnopere *p*; — 10. 11 sculserit *c*; — 13 et 14 Hieracites ego ex Pseudo-Dioscoride latino apud Arnoldum Saxonem de virtute universali cap. 8 p. 424 ed. Rose, ubi ierachites in codicibus traditur; — Geraciten *C*, Geracites *p*; — 17 dices *c*; — 18 de te [sit] aut *p*; aiit pro aut coni. Ring. — 18 futura omnia] »Forte ordo depravatur, et sic restituendum: aut futura omnia«. Pitra. — 19 nemo] ne *c*.

suasoria per necessitatem efficit super alios lapides. Alliga ergo tibi lapidem, et vadis ad pueros sive ad feminam, et non tibi contradicit. Quod si volueris scire, quia verus est iste lapis, sic cognoscere poteris: lacte et melle commixto circumfunde lapidem, et pones eum, et non sedebit ibi ⁵ musca, sic eam expellit. Nec putetur hoc ludibrium esse. Ex eadem mixtura circumfunde alterum lapidem qualem volueris, et videbis quanta multitudo muscarum circumvolvit. Super haec gratissimos facit gestantes et facundos ad omnes. 10

O imperator piissime, non credunt legentes veras esse potentias lapidum, quia non experiuntur. Omnia tamen dicta a nobis et scripta veniunt sanctificata.

XXVII. Lapis Carsydonius.

Carsydonius lapis sanctificatus et circumligatus aquati- ¹⁵ cos curat. Praeterea qui portaverit eum a pueritia, numquam mergitur, nec vexatur. Pulcrum quoque facit gestantem et fidelem et potentem et omnia perficientem. Sculptere oportet Martem armatum, aut virginem stolatam veste circumfusam tenentem laurum. Consecratus perpetua conse- ²⁰ cratione.

² confer quae ex Aetio II 30 ad hunc locum spectantia citavit Rose l. l. p 482 483: *Ὁ δὲ διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων οὕτω φησίν. Ἰεραxίτης λίθος ὑπόχλωρος μὲν ἐστὶ καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιρρασμένος χροιαῖς ἐτέραις ὡς ποικίλος εἶναι. — δύναμιν δὲ ἔχει ἀποξηραίνουσαν αἱμορροΐδας ἀπηρτημένος τοῦ δεξιοῦ μηροῦ τοῦ κάμνοντος. δοκιμασίαι δὲ ὅτι ἀληθῶς αὐτός ἐστι, ἔχων αὐτὸν μετὰ χειρὸς χρίου μέλιτι ταύτας, καὶ οὐ προσεγγίσουσί σοι τὸν λίθον φέροντι μῦθαι. — 6 hoc ego, hunc c, hanc p; — 8. 9 circumvolvitur c, quod reduxi suadente Ringio; circumvolvitur p; — 9—11 et — legentes in marg. habet c; versus 11—13 quasi interpolatos minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 13 scripta (sic) c, stricta coni. Pitra. — 14 Carsydonio c; hic lapis alibi non occurrit. — 15 Carsidonio c; — 17 mergetur c; neque p; pulchrum p; — 19 vestem c; consecratur p.*

XXVIII. Lapis Lychnites.

Lychnites lapis speciosus, colore subvitreo, mundo, adversus nyctalopam [id est adversus nocturnas aves, hoc est strigas, sive cananas] aptus collo est idoneus, persanat eos. Praeterea in lineo panno missus et in fronte ligatus fluxum sanguinis stringit. Sciet autem qui eum portat futura praedicere, et infirmos prohibet aliena loqui, et languores expellit. Circumligatus nervos etiam et verrucas corporis sanat applicatus ea parte, ubi dolor est. Insuper si quis eum consecratum habuerit in domo quae incenditur, si casu contigerit, continuo extinguatur incendium. Iste autem lapis Vulcanico est consecratus.

1 hic et in versu subsequente Lychnites ego scripsi, (Lithites *p*) praesertim codicis 8454 vestigia secutus. Sed imprimis dignus qui conferatur Arnoldus Saxo de virtutibus lapidum § 81 ed. Rose: »Zignites [quam formam litterarum quoque ordo tuetur] lapis est coloris vitrei. idem est quod evas [?]. gestatus collo valet contra nictalopam, et sanguinem stringit, et mentis alienationem depellit. et si tenetur ad incendium ignis, extinguatur flamma eius.« Ex Damigerone graeco hausisse videtur Michael Psellus *περὶ λίθων δυνάμεων* pag. 22 ed. Bernard: *ὁ λυχνίτης; ἔστι δὲ νυκτάλωπος* [hoc corruptum] *ἀρτηθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ρεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν ἐν λινῷ ῥάκει περιτιθεὶς τῷ μετώπῳ.* — Lathiten *C*; — 2 Lythiten *C*; subvetereo *c*. — Ad sequentia cfr. quae cod. 8454 ex Damigerone habet: »Lichniter speciosus colore subvitreo sed mundo adversus noctilepas i. e. nocturnas aves, i. e. strigas collo gestatus valet. Missus in lineo mundo et collo ligatus, sanguinem sistit. Qui autem eum gesserit futura praedicet; alienationes ab infirmis pellit. Insuper si quis eum consecratum habuerit et domus accendatur casu, continuo extinguat (?) incendium.« — id est adversus — cananas uncis inclusi, cum nihil nisi malum interpretamentum sit vocabuli nyctalopas; etiam sequens persanat eos clare ostendit hic non de strigibus sed de hominibus agi, qui non nisi noctu videre possint. Caeterum nyctalopam ego ex Arnolde Saxone (*ὁ νυκτάλωψ* = *ἡ νυκταλωπία*), nictialapas (sic) *c*, nyctalapas *p*; cananas] »glossariis vox inaudita, forte deducenda a glossa barbara: *χάνειν*, perdere, *ἀπολλύνα* Pitra. — 4 ydoneus *c*; — 10 casu ego ex alia codicis 8454 versione, quam vide supra; cañ *c*, cauma *p*; — 11 exstinguit *p*.

XXIX. Lapis Topatozontes.

Topatozontes lapis tutamentum optimum est. Ad divinationes aquatiles aptissimum est. Quod si quis uvae marinae vinum biberit et insaniat, trito lapide super coticulam cum aqua da furioso bibere. Deinde apta ei lapidem circa 5 collum, et sanabitur. Sacrificantibus etiam propitiantibusque deo utile est. Suasionem enim habet secum et impetrationem et gratos facit gestantes. Sanctificatus perpetua consecratione.

XXX. Lapis Magnitis.

10

Magnitis lapis magnas virtutes habet. Plenus est spiritu, hoc est attrahit quod appositum ferrum et retinet. Invenit autem eum Colchis. Hoc dicunt usam in magica; Medium vero nomine de Mediodon, post quem quaerendus. Inde Medi 15 qui per omnem horam eo usi sunt ex claritate duodecim signorum Huius lapidis potestatem vero omnes magi confirmaverunt, quasi maximas habentis potentias, et sic invenerunt, quemadmodum tentarent uxores suas de caritate erga se, an benivolentiam semper custodirent, et cognoverunt diligenter si ita fecissent. Dormiente uxore subtus caput posue- 20

1 Graecam Damigeronis de topazio narrationem supra edidi in Lithicorum epitoma p. 142, 143, ubi tamen etiam ex aliis auctoribus nonnulla admixta esse videntur. — Topatonte (sic) *C*; — 2 topatozonte *c*; — 2. 3 divinationes *c*; — 4 coticulam ego, cutic. *c*, cratic. *p*; — 6 propitiantibusq; *c*; — 12 adtrahit *c*; num est addendum ante ferrum? et om. *c*; — 13 usam ego ex Marb.: »Post illum fertur famosa venefica Circe Hoc in praestigiis magicis specialiter usa«, usum *cp*; — 14 Pt' $\bar{q}$ »qced' (sic) *c*, praeter quem quaerendus *p*, post quem quaerendus ego, »Medium vero nominant de mediodon pt' quod grece dicitur« coni. Ring, vix recte, cum Ededon (= Mediodon) a Marbodo magus dicatur, qui hoc lapide usus sit. Caeterum confer Pitrae notam ad cap. 21. — 15 ex claritatem ex *C*; — 16 nulla lacunae signa in *C*; hic lapis potestas vero (sic) *C*, Hinc lapidis potestas. Verum coni. Ring; magy *c*; — 17 habentis ego, habentes *c*, habentem *p*; — 18 charitate *p*; — 19 an] aut *c*; — 20 si ita fecissent om. *p*, lacunae signis positis. — 20 dormientis uxoris *p*; capud *c*.

runt latenter lapidem, et si quidem erat casta ab omni altero viro, sic ad maritum suum accedebat somnians volubunda, et amplexabat eum tamquam impulsa per aliquem. Si autem altero viro coierat, tamquam vim alicuius spiritus odoris fedissimi lapis mittebat, ut de lecto in pavimento caderet. Concordiam secum quoque habet sicut non alius lapis. Multas enim mulieres cum rex ad ingressa maritis suis coegit reverti ad eos, et diligere matrimonium eorum. Sed etiam uxoribus maritos restituit. Hic lapis gratiosum et obsequentem facit portantem se et iocundum sermonem; advocatis certe magno opere subvenit, et apud populum concionantibus; persuasionem enim praebet et decorem et sermonem et facultatem et victoriam et exuperationem. Et ad sacrificia magorum aptissimum est, qui hunc lapidem habent; exaudit enim deus vota eorum; ideo sacrificantes et precantes gestant eum. Praeterea cum voluerint intimi, id est fu-

vv. 1—5 ab et si quidem usque ad mittebat om. *p*, ubi pro eo ut si erat adultera substitutum est. — 3 impulsam *c*; — 4 alic' sps *c*; — 5 mictibat *c*; in pavimento *p*; — 6 concordiam ego, concordia *cp*; — vv. 6—8 pro sicut non — matrimonium eorum pessime *p*: »quum rex per eum maritos cogit reverti ad mulieres«. — 7 ad ingressa corruptum est, an abingressas, quod esset relinquentes?; — 8 eos ego, eas *c*; »multas enim mulieres (cum adulteris) cum ire (= coire) adingressas (= incipientes) maritis suis coegit reverti adeo et diligere matrimonium eorum« coni. Ring, unde diligere (diliget *c*) recepi. — 9 marito *c*; post restituit lacunae signa posuit *p*; — vv. 9—14 Graecum textum vide supra in Lithicorum epitoma p. 144. 145. — 10 iocundum *p*; — 10. 11 advocatus *c*; — 11 et om. *p*, qui colon post subvenit, non post concionantibus posuit, et praeterea eis pro enim substituit. — 13 ad ante facult. add. *c*, »et sermonis adfabilitatem«, vel »et sermonem et adfabilitatem« (ἐν διὰ δυοῖν) coni. Ring; »et sermonis facilitatem« vel simile quid ego scribendum puto ex Damigerone graeco: καὶ λόγων εὐρετικός ἐστι. — exsuper. *p*; — 14 aptissimus *p*; punctum post est sustuli, et colon posui post habent, pro quo habet est in *p*; — 16 gestat *c*; quum *p*. — Ad sequentia confer, quae Vincent. Bellov. l. l. cap. XXI habet ex Pseudo-Dioscoride: »Diascorides: Magnes gignitur circa litus oceani: apud trogoditas magnas habens virtutes: et velut spiritum in attrahendo ferrum: fures intrantes domum ut preciosa deripiant: intra quatuor angulos domus carbones ardentes po-

res, secreta pretiosa diripere, intrant in alicuius domum; deinde inter quattuor angulos domus vel triclinii carbones ardentes ponunt, vel ignem ex bitumine, et superponunt minutatim praecisum lapidem et sic transferunt mentes et oculos eorum qui adsunt, ut timore continenter fugiant inde, 5 putantes ruere domum.

Nihil profanum est, rex orbis terrarum, ut iste lapis ad se adducat, animal et ferrum, attrahitque ferrum et rursum amovet. Si quidem pium est erga deum et iustum, perficiet et inutilia repellit. 10

XXXI. Lapis Lyngurium.

Lyngurium lapis optimum tutamentum est in domo, sed et praegnantibus et infantibus, ne timeant. Resistit autem et morbo regio portatus aut contritus cum vino et potatus.

XXXII. Lapis Daphnea.

15

Daphnea lapis facit ad lymphaticos et ad daemониacos et ad defusionem sanguinis vel ad hydropicos.

nunt: et lapidem minute praecisum supermittunt: sicque mentes et oculos eorum qui assunt, avertunt: ut timore fugiant: putantes super se ruere domum. Habet autem vires purgatorias. et ob hoc ydropicis cum mulsa datus: grossitudinem deducit: et omnes humores per ventrem ministrat. Tritus etiam et superaspersus combusta sanat. — fures] »Iterum ad graeca ducitur ex insolenti synonymia, intimi enim sunt *ἱταμοί*, quae Duebneri opinio est. Pitra, sed »intimi [id est <adyti>] fures secr. pr. diripere» coni. Ring; — 1 intrat c; — 2 quatuor p; domui c, probante Ringio; sed domus apud Diasc. legitur. — 3 supponunt p, male, cfr. Marb.: »Et superaspergat magnetis fragmina prunis». — 5 timorem continentes cp, timore continentes (scil. se) Ring, timore continenter ego, timore etiam Diasc.; — putantes ego cum Diasc., putant cp et Ring; cfr. Marb.: »velut impediēte ruina Defugient omnes». Versus 7—10 minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 7 ut] quod p; — 8 an adducit?; non post se add. p; — et ferr.] aut ferr. p; — 9 sic coni. Ring. quidem] quid p; perficit coni. Ring, deleto commate post iustum. — 11. 12 Lyngurium ego (cfr. *λγγούριον* et *λγγούριον* et lyngurium ap. Marb.) lyngurus p, lynguro c; — 14 et ante morbo om. p; — 15 et 16 daphnea ego ex Plinio XXXVII 157 daphnius p, daphnich (in v. 15), et danich (v. 16) c; — 16 limph. c.

XXXIII. Lapis Charcedonius.

Charcedonius lapis pertusus et obtectus ferro; qui eum portat, vincit causam.

XXXIV. Lapis Galactites.

Galactites lapis: hunc quidam vocant Anachiten, alteri 5 autem Leucographiten; alii Aegyptii Smaragdum, alii Galbaiten. Dicunt magi et Aegyptii Syneciten, continet enim in se omnia, quae destinaveris solus omnium lapidum. Sed Ostan-
nes, magister magorum omnium, appellavit eum super omnia vocabula Lethargum, quasi omnium oblivionem malo- 10 rum, facit enim et utilium negotiorum. Laudavit eum tamquam nullus alius tantas vires habet. Non enim ex auditu

1 et 2 charcedonio c; — 2 abtactus C; — 4 Galaciten c, Galacites Pitra, qui addit »fort. Galactites«; id recepi; — 5 Ex Damigerone graeco hausta esse putat Rose l. l. p. 480 quae apud Psellum *περί λίθων δυνάμεων* leguntur pag. 12 ed. Bernard.: *ὁ γαλακτίτης ἀπορρήτω βρούει γάλακτι, ἔνθεν γάρ αὐτῷ καὶ τοῦνομα· κατασπᾶ δὲ γάλα ταῖς γυναιξί· λήθην δὲ ἐργάζεται καὶ μνήμην τῶν κακῶν· [τῶν καλῶν coni. Bernard.] ἀντίθετος γάρ [δὲ coni. Bernard.] ἐστι καὶ θηρίων πληγαῖς περιπτὸς γεγονώς.* — 5 Galactites ego, Galaciten c, Galactites lapis om. p; quidem p. — Cfr. Plin. XXXVII 59, 162: »eandem leucogaeam et leucographitim appellant et synnephitim«, ubi ex antiquissimo codice Bambergensi ut reponatur synecitum, suadet Damigeronis nostri syneciten. Pro smaragdum autem (v 6) reponendum mihi videtur moroxum vel morochthum, cfr. Aetium II 16 *λευκογραφίς ἢ μόροξος* et Plinium XXXVII 63, 173 *Morochthos* colore porracea lacte sudat. — 7. 8 »continet enim in se somnia quad (= quaad = quoad, cfr. Jordan, Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache p. 347) estimaveris solus omnium lapidum« coni. Ring, vix recte. Dicebatur enim lapis *συνεχίτης*, quia continet (*συνέχει*) in se omnia etc., quare punctum post Syneciten in comma mutavi. — 8 destin.] conicio desideraveris; — Ostanen ego ex Tatiano et Tertulliano, Ostanen c, Ostane p; — 10 lethargum ego, lytargum c, lithargum p; — 12 enim] etiam Pitra, qui praeterea facilitatem pro facit enim et coni., sed recte, ut videtur, Ring comma non post malorum sed post facit ponendum esse putat, sequens enim pro immo etiam dictum esse ratus. — 12 h̄t c, haberet p; — 12 ex auditum c; sed post magi add. p.

magi, ex scriptura mirati sunt et experti omni magica actione. Solum hunc lapidem efficacissimum omnium repertum et potentissimum extremis laudibus decoraverunt. Et ipse memoratus Galactites dicitur eo quod mulieribus lacte deficientibus facit abundare. Facies autem sic: iubetur mulieri ieiunare; deinde contritum lapidem dabis sibi cum mulsa, vel passo, vel aqua, et bibat sufficienter, et continuo habebit plurimum et optimum lac. Et si non voluerit bibere, accipe lanam ovis gravidae et facta acia pertunde lapidem, et ligabis circa collum eius, et sic fluit lac. Si oves deficiunt lacte, ut excutias lac, sic ages: lavata ovilia circumaspergis sale oriente sole. Habeas antea contritum lapidem tenuiter cum aqua, unde ovilia circumasperseris, et videbis eas abundare plurimo lacte. Et si scabie laborantibus hoc feceris, sanabis eas et fecundiores habebis. Lethargum vero dicitur propter hanc causam, quia praecedentia mala in oblivionem ducunt homines. Nam quicumque eum consecratum portat et, ut infra scriptum est, etiam offenderat regem, vel potentem, aut praepositum, aut parentem, aut dominum, in oblivionem

3 extr.] externe *C*; — 4 Galactites ego, Galaciten *c* *p*; dicit *p*; — habundare *c*; — 6 sibi] illi *p*. — Sequentia ex Aetio (II 17) qui ex graeco Damigerone hausisse videtur, illustrat Rose l. l. p. 484. 485: Γαλακτίτης· καὶ οὗτος παραπλησίον τῷ προειρημένῳ χροιάν ἔχων ὑπόχλωρον, γαλακτώδη χυλὸν ἀνίσκει. ἔστι δὲ σκληρότερος τῆς λευκογραφίδος κατὰ τὸ εἶδος, πολυγάλους [sic?] δὲ ποιεῖ τὰς γυναῖκας, ἐὰν λουσάμεναι πίνωσιν ἢ μεθ' ὕδατος ἢ μετὰ γλυκέος οἴνου τετριμμένον τὸν λίθον. μίγνυται δὲ καὶ ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσι. φασὶ δὲ αὐτὸν περιεπτόμενον τῷ τραχήλῳ ὀδοντιῶντων βρεφῶν ὀδόντων ἀταλαίπωρον ἔχουσιν παρασκευάζειν. — 9 acia *c*, hic et infra p. 190, 12, ubi immutatum reliquit Pitra, cum nostro loco acie edidisset, nescio quo sensu. cfr. Marb.: »Hunc ovis ex gravidae lana traducere filo Pertuso lapidem decet et circundare collo«. — 11 excutias *c*; — 11 circumaspargis *c*; oriente sole *p*; — 13 circumasparseris *c*; habundare *c*; — 15 lethargum ego, lytargum *c*, lithargum *p*; — 16 quia] quod *p*; — 16 ducit hominis perbene coni. Pitra, ducit homines coni. Ring, qui praecedentia mala vel nominativum (accusativum) absolutum vel accusativum a vocabulo oblivio pendentem (cfr. antiquum illud: »quid tibi hanc tactiost?«) esse putat. — 18 offenderat ego, ὀνδέατ (sic) *c*, offendat *p*.

eum adducit. Omnino autem auctorem gratiosum facit semper et peritum et facundum et efficacem et impetratorem et persuadentem omnibus hominibus et deo placabilem, et sacrificia quae fiunt deo gestatus excellenter apta sunt: propitiat enim viribus suis deo et benevolenter omnibus facit. ⁵ Amplius etiam adversus invidiam et fascinum resistit; qui eum portat, numquam fascinabitur. Sed infantibus pueris aptus congruit, et non permittit eos macerari, si quando intimidaverit eos horrida mulier. Nam sicut non aliud tutamentum resistit. Idem dolorem liberat dentium laborantium circumligatus. Praeterea laetos et validos eos constituit. Quod si mulieri difficulter parienti acia facta de lana ovis fecundae, ligaveris circa dextrum femur, continenter pariet sine dolore. Nam oblivionem praebet omnium dolorum: ita resistit. Craterites autem dicitur, quoniam tenax est. ¹⁰ Nam fortitudine et potentia in iudiciis et causis litigatores vincere facit: tantam magnitudinem habet iste lapis, et ne mireris, quod tanta nomina habet iste lapis. ¹⁵

XXXV. Lapis Berillus.

Berillus lapis: hic magnus lapis est; est lucidus, sub- ²⁰ serenus, clarus, similis oleo Apollinis. Sculpis in eo locu-

1 adducit ego, adduxit *cp* probante Ringio; omnino ego, omnium *c*, omni *p*; — 4 [quum] gestatur pro gestatus *p*, gratiis coni. Ring; propiciat *c*; — 5 benevolū *c*, an benevolentiam scribendum? »benevolutum« dubitanter coni. Ring; — 6 facinum *c*; — 8 permittit *c*; — 9 orrida *c*; — 10 idest *c*; — 16 fortitudinem *c*; potentiam *c*; ligatores *c*; — 18 mireris *c*; — 19 De berillo cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XLVII: »Dyascorides. Berillus lapis lucidus est et clarus: oleo similis. sculpirur locusta marina ac sub geminis pedibus eius cornuta: ac sub gemma ponitur herba senina modico auro inclusa: gestata amorem coniugii facit. Aqua in qua missa est pota ad oculorum vicia valet et ad omnem valetudinem.« — 19 et 20 berillo *c*; — 20 Berillus lapis om. *p*; — 20. 21 subserinus *c*; — 21 cfr. alteram codicis 8454 versionem: »Sculpatur in eo locusta marina et sub eo cornicula, et sub genibus ponatur et habeat modicum aurum inclusum«. — Apollinis quod non habet Diasc. ex male iterato similis ortum esse videtur.

stam marinam et sub pedibus eius corniculam, et sub gemma ponis herbam sabinam, modico auro inclusam. Consecratus, gestatus, amorem coniungit et maiorem omnium facit. Praeterea facit hic lapis ad oculorum vitia et ad omnem va-
litudinem, si eum in aquam miseris et ipsam potui dederis. 5
Ructatus simul et suspiria et hepatis dolorem tollit.

XXXVI. Lapis Selenitis.

Selenitis lapis similis iaspidi notus. Fortis et gravis, lucidus, mirabilis, sanctus lapis. Simul enim cum luna crescit et decrescit splendor illius. Ad multa vero utilis est. Facit 10
ad amorem et causas. Facit et phtisicis languentibus alligatus luna crescente; vel cum ad contraria minuente luna gestatus mire facit.

XXXVII. Lapis Panchrodes.

Panchrodes lapis habet colorem omnem, purpureum, ru- 15
beum, nigrum, pallidum, roseum, viridem, omnes colores diversos. Habens eum mane, viridis bonus est. Facit autem ad victoriam: est enim invictus et sacer, id est sanctus.

1 corniculam *c*, probante Ringio; — 2 sabinam *c*, senina Diasc.; modico ego cum Diasc., modicum *cp*; consecratum *c*; — 3 coniungit et] fort. coniugii scribendum ex Diasc.; — 4 vitia *c*; — 6 Ructatus simul et suspiria ego ex Marb.: »Potaque ructatus simul et suspiria tollit Et cunctos hepatis fertur curare dolores«, rupto spiritu et suspirii *c*, rupto spirito suspirii *p*; et ante susp. om. *p*; epatis *c*; — 8 iaspidi *c*; — 9 simul, ut olim conieceram, *c*, similiter Pitra, qui ex *C* compendiis male intellectis similis affert; — 11 tycicis *c*; — 12 quum *p*; an etiam pro cum? — 14. 15 Panchrodes ego, ut sit altera vocabuli *πάγχρους* forma. Et est Panchrus apud Plinium XXXVII, 178; Panchtherus apud Marb. corrupte, Panchrodo *c*, Panchrodus *p*; — 17 viridis dubitanter ego, ut sit: »optimas vires autem habet Panchrodes viridis, praesertim vero mane«, vide *c*, deinde *p*, »Habens Eum mane (= quand il y a aurore) valide bonus est« coni. Ring, qui lapidem plurimorum colorum aurora, et ipsa varii coloris, apparente validissimum creditum esse vult; — bonum *c*; — 18 id est sanctus fort. delendum;

Sculpis in eo Latonam et Hippocraten et a retro acceptores tres; contra omnes magicas artes auxiliatur.

XXXVIII. Lapis Collurus.

Collurus lapis: hic similis est sapphiro; subalbidum habet colorem marinum. Aptus ad interpellationem regum et potentium. Uteris circa collum pertusum.

XXXIX. Lapis Trisutes.

Trisutes lapis similis est arcui caeli: hic fortis, gravis, habens in medio apicem tamquam albam tiaram. Hic magnus gestatus, impetratorius, facit ad causam sine iure datam. 10

XL. Lapis Melas.

Melas lapis habet in se stellas modicas. Dicitur etiam Syrtis. Causam dicenti benedictionem et impetrationem et victoriam facit, et ad omnem inquietudinem inimici, quarum et damnorum, et maleficiorum et magicas inquinaciones et potionum et precum maiorum incantationem, et odium, et caetera mala ex corpore expellit. Est autem lapis consecratus. Minorante luna septima decima usque ad tricesimam uteris; crescente vero usque ad quintam decimam non uteris.

in eo] eius super *c*, an insuper scribendum?; Latonar *C*; Hippocraten *ego*, Ypocraten *c*, Hippocratem *p*; acceptores (sic) *c*, quod pro accipitres dictum esse vult Pitra.

3 et 4 Colluro *C*; an colurus scripsit? — 4 hic om. *p*; saphyro *c*; — 6 pertuso *p*; — 7 An Trichrus vel Tephritis? vel quod mihi maxime arridet triglites ex Psello *περί λίθ. δυνάμ.* p. 3 ed. Bernard.: *ἵνα τὰς ἀγνώστους ἡμῖν λίθους ἐάσω τὸν τε τριγλίτην καὶ τὸν τριόφθαλμον.* — 8 caeli *ego*, celi *c*, coeli *p*; — 9 albam tiaram Ring, albam et nigram *c*, album et nigrum *p*; — 10 magnus] an manu? testatus *c*; imperatorius *p*; — 12 Lapis Melas *p*; etiam] enim *c*; — 14 querellarum pro quarum coni. Ring. Equidem malim puncto post inimici posito, quorum (scil. inimicorum) et daemonum vel daemoniorum pro dampnorum scribere; — dampnorum *c*; — 15 et ante mag. om. *p*; inquinaciones *c*; — 19 quintam *ego*, quinta *c*, quartam *p*.

XXI. Lapis Gagatromanes.

Similis est colori capri, id est capriolae agrestis. Si quis hunc lapidem usus fuerit, utilis est. In historiis autem et ad inimicos, qui eum habuerit, fortis est. Hunc enim lapidem Hercules usus est, et cum eum deposuisset, victus est. 5

XLII. Lapis Phoenicites.

Similis phoenicio balano [id est dattilo]; subrubeus vero vel sanguineus, mirabilis lapis. In manu sinistra gestatus ad tristitiam et causas et actionem utilis est.

XLIII. Lapis Lyncis.

10

Secas in duas partes in mel et lac, deinde tollis et includis in annulo, et sic portabis, et ubicumque cum ipso ieris, cum gaudio et hilaritate quod volueris habebis.

XLIV. Lapis Narcissites.

Est viridis modice Martis signum habens. Hic tritus 15 odorem habet Narcissi herbae, floris magnifici. Hunc lapidem qui usus fuerit, omnia vincit.

XLV. Lapis Steatites.

Similis est adipibus leonis. Hic lucidior est colore leonis. Victor est enim, quicumque eum in sinistro brachio 20 usus fuerit.

1 gagatromeo c; — 2 caprii c; agresti c; — 3 historiis cp, an inquisitionibus? sed eodem fere sensu apud Commodianum carm. apol. v. 155 historiam dici monet Ring. — 4 habuerint p; — 5 quum p; eum om. p; — 6 feniciten c; — 7 fenico c; glossema: id est dattilo expulsum est a Pitra. — 10 lincis c; — 11 lacunae signa ego posui; — 12 anulo c; — 13 quod] quaecumque p; — 14 narcissite c; — 16 magnificus c; — 18 steatiten c; — 20 enim] autem? — brachio c.

Abel, Orphei Lithica.

XLVI. Lapis Camptine.

Hic ad impetrationem facit ad deum et ad homines et corpus hilare facit, et timorem maiorum seu furias compescit, et commendationes facit. Hydropicos curat in sinistro brachio alligatus. Hunc autem de quavis consecratione consecras. 5

XLVII. Lapis Chrysolithus.

Est spissus, lucidus, similis auro. Hic applicatus ad rasuram auri, levatus phylacterium est ad nocturnos timores. Pertusus et transiectus cum setis asininis et alligatus in sinistro brachio, omnia daemonia vincit. 10

XLVIII. Lapis Chrysolithus alter.

Chrysolithus lapis: Est enim super ipsos quasi turturis oculus. Est autem et cupidinis et amoris et iustitiae adiutor. Facit autem et bene susceptum et eloquentem et gratiosum et amabilem esse et amicabilem ab his qui eum vident. Om- 15 nem ingressum aperit; facit etiam ad indignationem oculorum.

1 Camptinem eundem esse credo atque Arnoldi Saxonis Kabraten: (§ 48 de virtutibus lapidum ed. Rose): »Kabrates lapis est similis cristallo, eloquentiam dat et honorem et gratiam, defendit a noxiis et ydropisim curat.« — 2 corpus hilarem *C*; cor hilare *p*; — 4 hydr. — allig. in marg. habet *c*; — 6 Chrysolithus ego (Crisolitus Arn.) Chrysolithico *c*, chrysolitheos *p*; — 8 phylacterium est ego, philaterii tutamentum est *c* ex manifesta interpretatione, — phylacterii tutamentum est *p*. Quod ego conieci, legisse videtur Marb.: Esse phylacterium fixus perhibetur in auro, contra nocturnos fortis tutela timores«. — 9 asininis scripsi ex Ringii emendatione, cum ego aselli vel asini recipere voluissem ex Marb.: »Pertusus setis si traiciatur asellia, aseminis *c p*, in acus foramine coni. Pitra. — 10 brachio *c*; — 11 Chrysolithus ego, Chrysolitheo *c*, Chrysolitheos *p*; — 12 Chrysolithus ego, crisoliteo *c*, chrys. lap. om. *p*; — 12 subrussus pro super ipsos sine dubio corrupto coni. Ring; mihi locus lacunosus esse videtur; — quasi] quam (?) *c*; oculo *C*; — 14 et] ad *C*; susceptos *C*; eloquentes *c*; — 16 indignationem ex medicorum usu probat Ring, an indebilitationem scribendum?

XLIX. Lapis Apocheamus.

Apocheamus lapis maior est quam capri oculus, habens in se oblongum, album, non valde subcanum. Gestatus in manu sinistra facit ad viles iniurias.

L. Lapis Sardius. 5

Huius color apparet levis, sive maculosus; bonus portatus a mulieribus, amabilis est. Sculpis in eum vineam et hederam involutam.

1. 2 Apocheamus ego, Apocheamos *cp*; hic lapis aliunde nondum innotuit; — 2 caprii *c*; lacunam, cuius nullum in *C* vestigium, vocabulo apicem explevit Pitra; fort. recte. — 5 Sardius ego, quod vulgatum est huius lapidis nomen, — sardo *cp*.
